

seruata per omnia adprobata consuetudine & statutis aliis legitime permutasse presentibus dilectis fratribus nostris domino. M. Duce & domino Erico atque dilecta vxore nostra domino svanthapulk. & domino marsscalco nostro. Magno. domino Martino milite procuratore nostro tunc temporis in wisinso existente multisque aliis viris discretis pariter et honestis. Nolentes siquidem quod predictum permutacionis contractum per nos sicut premissum est legaliter per omnia celebratum aliquis valeat irritare, presentes litteras ad huius rei perpetuam euidenciam appensione nostri sigilli duximus roborandas. Datum Wisinso Anno domini. M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LX<sup>o</sup>.VIII<sup>o</sup>. proxima tercia feria ante festum beate lucie virginis.

Sigillet bortfallet.

538.

1269 d. 28 Maj.

Stockholm.

Åtskilliga slägtingars stadfästelse på CARL, ULF JARLS SONS gåfva till Skokloster.

A. 3. b. 1: 3.

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum cernentibus. B. Osgothorum Legifer. B. Magni filius. P. Ragerwaldi filius. F. archidiaconus wpsalensis. M. & J. Johannis Angeli quondam filii salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi quod nos testamentum clare memorie Domini. K. W. sweuorum quondam Ducis filii predilecti cognati nostri approbantes, & ratum ac gratum habentes, mansionem de sco cum omnibus pertinencijs suis mobilibus & immobilibus, quam dictus Dominus claustro monialium de sco in testamentum legauit, prout littera testamenti sui super hoc confecta plenius attestatur, dicto loco cum omni iure quod ad nos spectat in eadem, resignamus pacifice in perpetuum possidendam Ne autem hoc factum a nobis vel a nostris heredibus, aut nostris successoribus quibuscunque possit in irritum reuocarj, presentem litteram sigillis nostris duximus roborandam Actum stochulm in presencia Illustris Domini W. Regis Sweuorum & fratrum suorum, ceterorumque regni nobilium anno Domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LX<sup>o</sup>.IX<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. kal. junij.

Sigillet N:o 1 finnes. N:o 4 i grönt vax. N:o 2, 3, 5, 6, bortfallne.

539.

1269 d. 31 Maj.

Löing.

Bytes-Bref af Hertig MAGNUS på andelar i Runby till PETER ISRAELSSON emot andelar i Wretby.

A. 6. a. 1: 4.

Omnibus christi fidelibus presens scriptum cernentibus. M. dei gracia Dux swecie salutem in omnium saluatore. Nouerint tam posteri quam presentes